



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

Meditatio octaua. De particulari quolibet peccato mortali.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

Meditatio octaua.

*De particulari quolibet peccato
mortali.*

1. *S* Vme vnum aliquod peccatū quod
tu fortē commisisti, vel prope
commisisti, *pro vno tali vel semel dum-
taxat commissio, fortē decessi sunt multi ad
Infernum.*) Cur obsecro? Iustus es Domi-
ne, & rectum iudicium tuum. Tibi enim
soli Bono infinito contrarius peccaui, &
malum coram te feci, vel fecissem. O Do-
mine, non faciam.

2. * "Memoriā versa quanta sit pec-
cati 1 grauitas, & 2 malitia 3 Deum
4 omnium 5 Condito rem atque 6 Do-
minum offendentis.)

3. * "Ratiocinandum quoque est,
supplicium æternum iustē peccato irro-
gari, vt pote aduersus infinitam Dei bo-
nitatem perpetrato.)

Colloquium fiet vt in præcedenti
* "percontans quid hætenus dignum
egerim pro Christo; quid agam tandem,
aut agere debeam; petendo consilium
& auxilium.)

Adiuua

40 METHODVS S. IGNATII

Adiuua me Domine Deus in bono proposito & sancto seruitio tuo, & da mihi nunc hodie perfectè incipere, quia nihil est quod haecenus feci. *Thom. Kemp. l. 1. c. 19. n. 1.*

Meditatio nona.

De peccatis predictis.

*^o Imaginando Iesum Christum coram me adesse in Cruce fixum, & rationem quâ Creator ipse infinitus fieri Creatura, & ab aeterna vita ad temporaneam mortem venire pro peccatis meis dignatus est exquirens,) perpendam

1. Quanta sit malitia peccati, quæ aboleri non potuit nisi tanta Bonitate!

2. Quanta Infectio quæ curari non potuit nisi tanta Medicina!

3. Quanta seruitus quæ redimi non potuit nisi tanto litro!

4. Quàm enormis superbia & inobedientia quæ reduci non potuit nisi tanta Humiliatione, &c.

*^o Et in eum intuens proloquar quæ